



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XVI. Recommendatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Quoties ex recepto agitur ad penam, toties hospes non tenetur, nisi res factio familiae suae perierit, quia ratione familiae culpa hospiti poterit imputari, quod malorum hominum opera fuerit usus, quod secus in advenis, quorum mores aequè explorari non possunt l. 6. §. 2. ff. naut. caup. stabul. §. l. un. §. pen. & ult. ff. furti ad. vers. naut. in habitatorem verò facta etiam praestat d. l. un. §. ult. quia & hos elegit.

CAP. XIV.
Reciprocatio.

Per reciprocationem interdum quaedam valent, quae alias per se non valent. Georg. E. verhard. tom. 3. conf. illustr. German. in 4. conf. 32. num. 37. Sic enim reciproca conjugum testamenta sustinentur. Myns. cent. 2. obs. 33. Vigl. Zvrichem. in §. 1. vers. accusabit in fin. per illum text. Inst. de testam. Sic etiam sustineri pacta dotalia reciproca, in quibus de succedendo agitur, cum alias pacta de succedendo non valeant, l. ult. C. de pact. patet ex iis quae habet Gail. 2. obs. 126. numer. 2. vid. Treutl. disp. 6. th. 8. tit. 6. vol. 1.

CAP. XV.
Recognitio.
Axioma I.

Recognitio interruptit praescriptionem, eique est obstaculo. l. cum notissimi 7. §. imò 5. ubi gl. in verb. innovata. Cod. de praescript. 30. ann. l. in contractibus 14. de non numer. pecun. Jaf. in l. qui bis idem de V. O. Nat. confil. 402. num. 64. Bald. in l. 1. C. de furt. Aretin. in l. scilicet creditori. de legat. 1. Bart. in l. natural. n. 20. de Usucap. & in l. cum quis. §. si quis pro eo. num. 5. de solut. & liberat.

Intellige verum de expressa, secus de tacita. Cravett. in tract. de antiq. temporis p. 4. n. 105. Pantschm. 1. quæst. pract. 22. num. 60.

II.

Recognitio partis inducit recognitionem totius. Afflict. decis. 13. num. 21. Bertazol. 1. confil. crim. 47. num. 54.

III.

Recognitio delicti extra iudicium facta nocet, sicut confessio. cap. per inquisitionem 26. ibique gloss. extr. de Elect.

CAP. XVI.
Recommendatio.

Recommendatio non disponit nec obligat commendantem, l. si verò non remunerandi 12. §. cum quidam 12. ff. mandat. fac. l. qui liberto 31. §. quanquam 6. ff. de neg. gest. aliquando tamen disponit & inducit legatum, quando refertur ad praestantiam in vita factam, l. Titia 19. §. 1. ff. de annuis legat. non autem inducit fideicommissum generale facta commendatione in epistolis, in Lucius 78. §. filium 8. ff. ad SC. Trebell.

CAP. XVII.
Reconciliatio.

Axioma I.

Reconciliatio facta tollit omnem suspicionem, injuriam & inimicitiam, Decian. Conf. 88. num. 12. vol. 3. hinc per reconciliationem inter Conjuges redintegrantur matrimonia. Myns. resp. 1. dec. 1. numer. 33. Et Reconciliatio inter patrem & filium tollit exheredationem iuste factam, Bart. in l. 3. §. 11. ff. de adim. legat.

II.

Reconciliatio tacite facta praesumitur ex mutuis beneficiis & amicitiae signis. Schneidev. in §. 9. Inst. de excus. tutor. num. 9. si quis comedat, ludat, bibat cum inimico, aut manum porrigat ipsumque saluter, Gloss. Gern. ad art. 3. lib. 3. Landrech.

CAP. XIX.
Reconventio.

Axioma I.

Reconventio cum conventionione simultaneo processu est discutienda, Rosbach. in process. tit. 46. n. 17. Donell. 17. comment. 18. p. 81. Carpan. 1. statut. Mediolanens. 44. num. 72. per text. in cap. 1. de mut. petit. cap. 2. vers. nos igitur. ibi: deducta, de extraordin. cognit. l. 1. §. fin. quæ sent. sine appellat. Ordinat. Camer. Imper. part. 3. cap. 30. ejus natura, ut quæ una cum conventionione ex eodem negotio descendit, parili processu & sententia cum conventionione terminetur, l. 1. §. ult. l. 27. ff. famil. heredisund. cap. 1. de mut. petit.

Limitat hoc axioma Mindanus 3. de process. 7. num. 9. quod procedat in actionibus mutuo cognatis institutis, non verò disparatis, seu quæ ex diversa causa oriuntur, quod tamen adhuc disputat Ummius in process. judic. disp. 10. thes. 6. n. 21. quod admittit Mynsing. 1. observ. 10. tum, si de utraque causa pariter liqueat, alias si prius constet de una, quam de alia, vel reconventus non pergat in reconventione, poterit iudex pronunciare solum de causa ea, quæ liquet, & superfedere in alia, ubi ita & in Camera Imperiali in causa Sebastiani Dogelsperger contra Comitem Wilhelmum de Fürstenberg Anno 1543. pronuntiatum testatur. Adde & Thomingium decis. 16. numero 11.

II.

Reconventio reconventionis nulla est, nec à iudice debet admitti, Accurs. in Auth. consequenter. C. de sentent. & interlocut. ibique Bart. numer. 8. Speculat. de reconvent. §. 1. numer. ult. Mar. Socin. ad cap. 1. numer. 42. de mutuis petit. Mindan. 3. de process. cap. 6. num. 9. Gisebert. de reconvent. cap. 7. numer. 1. cum seqq. Schvvaneman. 1. process. Cameral. cap. 69. num. 7. Autor tract. tractat. vol. 12. pag. 112. n. 14. Carpzov. part. 1. constitut. 5. de fin. 24. n. 1.

Limita, nisi secunda reconventio in ipsam reconventionem incidat, vel ipsi praedictum adferat, Gisebert. d. cap. 7. num. 6. Umm. d. disput. 10. nu-